



TRACTATUS  
 DE  
 BENEFICIIS  
 ET CENSURIS  
 ECCLESIASTICIS,  
 AD USUM UTRIVSQUE FORI.

*Continens integram materiam methodicè digestam.*

Auctore MELCHIORE PASTORE, Juris Canonici Professore  
 in alma Universitate Aquisextiensi.

EDITIO TERTIA.

*Cui accessit liber posthumus ejusdem Auctoris.*

DE BONIS TEMPORALIBVS ECCLESIAE  
 acquirendis & conservandis.

*Cum additionibus & Scholiis JOANNIS SOLIER, in Senatu Tolosano  
 patroni ac Veterani Expeditionum Romanae Curiae Bancharii.*



TOLOSAE,  
 Apud Viduam ARNALDI COLOMERII, Regis Clerique Typographi,  
 BERNARDUM DUPUY, & HYERONIMUM POYSUEL,  
 Bibliopolas, in Vico Portæ-Artietis. 1675.

*Cum Privilegio Regis & Approbatione.*



JOANNES SOLIER,  
PASTORIS  
SCHOLIASTES BENEVOLO  
LECTORI.

**Q**UAM difficiles & intricata sint Philosophia  
Beneficialis via, Lector Benevole, hoc  
vnum satis demonstrat, quod licet utilis ad-  
modum, & lucrosa credatur, imò & gratis-  
sima sit, in ea tamen scētanda pauci sanè operosa sedulita-  
te incumbunt; ita ut sint litium moderatores & arbitri,  
qui tunc primum illam ex tritura forensi & elementariis  
Scriptoribus frustatim expiscari satagunt cum questio con-  
sulenda vel judicanda occurrit. Causa multiplex est, sed  
præcipua subtilitas rei & difficultas; cum ut sæpe sapius  
deficiente textu controversia Beneficiales aliter nequeant  
resolui, quàm ratione ducta ab Universalibus iuris præ-  
ceptis, vel à simili ex paritate rationis, in quo versa-  
tur summa subtilitas, quæ facile vulgarium conatus effu-  
git, nec à sublimi ingenio attingitur, nisi eâ quâ venit






# LIBER PRIMVS

## DE

# BENEFICIIS

# ECCLESIASTICIS.



### TITVLVS PRIMVS.

*De origine Beneficiorum. a*

I. **E**X PEDIT Ecclesiæ Ministros bonis temporalibus non egere, ne penuriâ laborantes mendicare cogantur, & à diuino cultu, cui mancipati sunt, distrahantur. Quamobrem Christus, vt ait S. Augustinus *in Sermone de communi vita Clericorum*, habebat loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus distribuens, à quo primùm Ecclesiasticæ pecuniæ formam fuisse institutam idem Sanctus asserit, & refertur *in c. habebat c. 12. q. 1.* & multi fidelium secuti consilium Euangelicum prædia vendebant, & pretium offerebant ante pedes Apostolorum, vt illi diuiderent singulis, prout vnique opus erat, *Acto-*

*Ecclesiastica pecunia forma & origo.*

*Typographica Scholiorum Ioannis Solier.*

Pag.	Lin.	Errata.	sic corrigito.
17.	5.	Lotteranus	Letterius
ead.	ead.	addicta	adducta
39.	1.	confundantur	confunduntur
ead.	3.	vniis	muniis
ead.	4.	Oliuens	Oliueus
46.	32.	adietione	adjectione
105.	15.	pugnanti	pugnantia
145.	1.	hate	hæte
152.	7.	insumandi	insinuandi
103.	27.	voluntatem	noluntatem
148.	4.	reggnatio	resignatio
ead.	14.	vacant	vocant
189.	17.	decerimus	decernimus
296.	12.	obento	obtento
335.	10.	permanentis	transeuntis
355.	13.	propinquiori	remotiori
357.	3.	mortalitas	mortalitatis
432.	2.	quod	quoad.

TOLOSÆ,

Apud JOANNEM PECH, Comitiorum Fuxen-  
sium Typographum, juxta Collegium  
PP. Societatis JESU.



# LIBER

DE  
BONIS TEMPORALIBVS ECCLESIAE  
ACQUIRENDIS ET CONSERVANDIS.

Sequentes Titulos complectens.

*De Ecclesijs ædificandis, reparandis, & consecrandis.*

*De Decimis.*

*De Oblationibus.*

*De privilegio Ecclesie in acquirendo.*

*De oneribus Ecclesiasticis.*

*De privilegio Ecclesie in bonis suis temporalibus conservandis.*

*De privilegio Ecclesie in præscriptione.*

*De revocandis alienationibus rei Ecclesiasticae.*

EX OPERIBUS POSTHUMIS.

D. MELCHIORIS PASTORIS dùm viveret in Univer-  
sitate Regia Aqui-sextiensi Juris Canonici Professoris.

*Cum Scholiis & additionibus JOANNIS SOLIER, in Se-  
natu Tolosano patroni & Veterani Expeditionum  
Romane Curiae Bancharii.*



TOLOSAE,

Apud viduam ARNALDI COLOMERII, Regis Clerique  
Typographi, BERNARDUM DUPUY, & HIERONYMUM  
POYSUEL, Bibliopolas, in Vico Portæ Ariëtis. 1675.



# LIBER

DE

BONIS TEMPORALIBUS ECCLESIAE  
acquirendis & conservandis.

**Q**UONIAM Clerici non solum observare debent iura quibus Beneficia Ecclesiae acquiruntur & conservantur; sed etiam ea quae pertinent ad administrationem bonorum temporalium eorundem; in hac postrema Editione Librum hunc Tractatui de Beneficiis Ecclesiasticis adiacere visum est, in quo de iure & privilegio rei Ecclesiasticae breviter discutietur.

---

## TITULUS I.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS,  
reparandis, & consecrandis.

- |                              |                                     |
|------------------------------|-------------------------------------|
| 1. Ecclesia coetus fidelium. | 4. De Ecclesia nova aedificanda.    |
| 2. Ecclesiae verae nota.     | 5. De Ecclesia succursali erigenda. |
| 3. Ecclesia locus sacer.     |                                     |